UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

LII. Quomodo cùm duobus ac triginta annis regnaverit, & plusquam LX. annis vixerit, integra semper fuit valetudine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

doctores iiſdem præfecit. Alii bellicæ A artis ſcientia; alii civilium rerum præceptis eos informabant; alii denique juris prudentia. Porrò ſingulis tributus erat regalis apparatus; Scutarii; Haſtati; Protectores; & legiones ac numeri militares, eorúmque Rectores, Centuriones, Tribuni ac Duces, ii quos pater in rebus bellicis exercitatiſſimos, & præcipua erga filios fide ac benevolentia præditos eſſe cognoverat.

πολεμικῶν αὐτοῖς ἐξῆρχον μαθημάτων, ἕτεροι τῶν πολιτικῶν ἐπιγνώμονας αὐτοὺς καθιστῶν· οἱ δὲ, νόμων ἐμπείρους εἰργάζοντο. βασιλικὴ δ᾽ ἑκάστῳ τῶν παίδων κεκλήρωτο παρασκευή· ὁπλῖται· δορυφόροι· σωματοφύλακες· στρατευμάτων τε τάγματα παντοῖα· τούτων δ᾽ ἡγεμόνες, λοχαγοὶ· στρατηγοὶ· ταξίαρχοι, ὧν τῆς ἐν πολέμοις ἐπιστήμης, τῆς τε πρὸς αὐτὸν εὐνοίας ὁ πατὴρ προειλήφει τὴν πεῖραν.

Caput LII.

Quomodo eos virilem ætatem ingreſſos, pietatem docuerit.

B Porrò dum infirma adhuc ætate Cæſares eſſent, miniſtri & Conſiliarii iis adjuncti Rempublicam gubernabant. Verùm ubi ad virilem ætatem perveniſſent, ſolius patris magiſterium eis ſuffecit. Qui nunc præſentes privatis admonitionibus ad æmulationem ſui provocabat, exemplum pietatis ſuæ ad imitandum ipſis proponens: nunc abſentibus Imperatoria præcepta per literas ſuggerebat. Quorum primum illud & maximum erat, ut Dei ſummi omnium Regis notitiam cultúmque, divitiis omnibus ipſique etiam Imperio anteferrent. Tandem verò, ut per ſeipſos quæ utilia eſſent Reipublicæ agerent, eis C permiſit: & ante omnia id diſertè præcepit, ut Eccleſiæ Dei curam gererent, ſeque palam Chriſtianos profiterentur. Atque hoc quidem modo filios inſtituebat. Illi verò non tam paternis monitis, quàm ſua ſponte incitati, præcepta parentis ſui alacritate animi ſuperarunt; quippe qui divinæ religionis obſervantiam ſemper præ oculis haberent, & ſanctos Eccleſiæ ritus in ipſo palatio cum univerſis domeſticis cuſtodirent. Nam & hoc paternæ providentiæ opus fuerat, ut non alios domeſticos & contubernales filiis ſuis, quàm Chriſtianos traderet. Primorum quoque numerorum Rectores, quibus Reipublicæ cura commiſſa fuerat, Dei cultores erant. D Quippe hominibus fidem in Deum profeſſis, tanquam firmiſſimis quibuſdam muris confidebat. Cùm beatiſſimus Princeps hæc quoque ita conſtituiſſet, Deus bonorum omnium diſpenſator, utpote cunctis Reipublicæ negotiis optimè ab Imperatore diſpoſitis, opportunum tempus tandem adeſſe ſtatuens quoad meliorem ſortem transferretur, fatalem ejus vitæ finem impoſuit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΒʹ.

Ὅπως ἀνδρωθέντας αὐτοὺς εἰς εὐσέβειαν ἦγαγε.

Ἁπαλοῖς μὲν οὖν ἔτι τὴν ἡλικίαν τοῖς Καίσαρσιν, ἀναγκαίως οἱ συμπράττοντες συνῆσάν τε καὶ τὰ κοινὰ διῴκουν. εἰς ἄνδρας δ᾽ ἤδη τὸν πρεσβεύουσιν αὐτοῖς, μόνος ὁ πατὴρ εἰς διδασκαλίαν ἐπήρκει. τοτὲ μὲν παρόντας, ἰδίαις ὑποθήκαις ζηλωτὰς αὐτοὺς παρορμῶν μιμητὰς τῆς αὐτοῦ θεοσεβείας ἀποτελεῖν διδάσκων. τοτὲ δ᾽ ἀποῦσι, τὰ βασιλικὰ προγόνων διῄει παραγγέλματα γράφων· ὧν τὸ μέγιστον ἦν καὶ πρώτιστον, τὴν εἰς τὸν πάντων βασιλέα Θεὸν γνῶσίν τε καὶ εὐσέβειαν, πρὸ παντὸς πλούτου καὶ πρὸ αὐτῆς βασιλείας τιμᾶσθαι. ἤδη δ᾽ αὐτοῖς καὶ τοῦ δι᾽ αὐτῶν πράττειν τὰ λυσιτελῆ τοῖς κοινοῖς, ἐξουσίαν ἐδίδου· καὶ τὴν ἐκκλησίαν δὲ τοῦ Θεοῦ διὰ φροντίδος ἄγειν, ἐν πρώτοις παρῄνει, αὐτοῖς τε διαῤῥήδην Χριστιανοῖς εἶναι παρεκελεύετο. καὶ ὁ μὲν οὕτω τοὺς υἱεῖς προῆγεν· οἱ δ᾽ οὐχ ὡς ἐκ παραγγέλματος, αὐτογνώμονι δὲ προθυμίᾳ, τὰς τοῦ πατρὸς παραινέσεις ὑπερέβαλλον. τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ὁσίᾳ τὴν σφῶν διάνοιαν συντείνοντες. τούς τε τῆς ἐκκλησίας θεσμοὺς ἐν αὐτοῖς βασιλείοις, σὺν τοῖς οἰκείοις ἅπασιν ἀπεπλήρουν. καὶ τοῦτο δ᾽ ἔργον τῆς τοῦ πατρὸς ὑπῆρχε προμηθείας, τὸ τοὺς συνοίκους ἅπαντας θεοσεβεῖς παραδοῦναι τοῖς παισί· καὶ τῶν πρώτων δὲ ταγμάτων οἱ τὴν τῶν κοινῶν ἐτύγχανον προστασίαν δεδεγμένοι φροντίδα, τοιοῦτοί τινες ὑπῆρχον· τοῖς γοῦν κατὰ Θεὸν πιστοῖς ἀνδράσιν, ὥσπερ τισὶν ὀχυροῖς περιβόλοις ἠσφαλίζετο. ἐπεὶ δ᾽ ἤδη καὶ ταῦτα (καλῶς) διέκειτο τῷ τρισμακαρίῳ, Θεὸς ὁ παντὸς ἀγαθοῦ πρύτανις, ὡσανεὶ τῶν καθόλου πραγμάτων εὖ διατεθέντων αὐτῷ, καιρὸν εὔκαιρον εἶναι λοιπὸν τὸν τῆς κρειττόνων μεταλήψεως ἐδοκίμαζε, καὶ τὸ τῇ φύσει χρεὼν ἐπιτελεῖ